



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 60. Scholasticorum mores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

**Sæcul. XIII.** sepulti ex Cœmeterio effossa, & in ster-  
A.C. 1210. quilinium projecta.

Ceterum illa tempestate Parisis Libri Metaphysicorum Aristotelis, haud diu ante Constantinopoli allati, & ex Græco in Latinum versi, publice prælegebantur. Quia vero Quæstiones, quas complectuntur, subtilissimæ occasio fuerant memoratæ Hæresis, ac in posterum etiam esse possent, jubente Concilio omnes flammis consumti sunt, & sub excommunicatio- nis poena vetitum, ne cuiquam hos libros describere, legere aut retinere liceret. Quod autem spectat ad Libros Physicæ Generalis Aristotelis, qui etiam Parisis ab aliquot annis tradebantur, eorum le- ctio solum ad annos tres prohibita.

At Libri cujusdam Doctoris, nomine *David*, atque Libri Theologiæ, Franco- rum lingua scripti, in perpetuum prohi- biti, & combusti fuerunt.

### §. LX.

#### *Scholaisticorum mores.*

**Hist. Oct. c. 7** Perversis Hæreticorum istorum princi- piis adscribi merito potest morum corruptio, qua in Universitate Parisiensi grassabatur; it enim Jacobus Vitriacus, il- lius ævi Scriptor & Parochus Argenteliæ, testatum facit: Nullum peccatum, inquit, simplici fornicationi inesse contendebant. Mulieres vulgati pudoris in publico foro  
pra-

prætereuntes Clericos impudenter detine- Sæcul.XIII.  
bant, atque in ædes suas, quasi vi adhibi- A.C. 1210.  
ta, pertrahebant. Constanter reluctan-  
tes, libidinis, fornicatione deterioris, ac-  
cusabant. Haud exiguo bonori ducebant  
plerique, complures pellices stipendiis ale-  
re. In iisdem ædibus superius Schola stu-  
diorum, inferius lupanar visebatur. Cle-  
rici, qui majores quam ceteri sumtus fa-  
ciebant in convivia & meretrices, pluri-  
mi aestimabantur. Qui mensam parce in-  
fruebant, & pietatem amabant, avari,  
hypocritæ, superstitioni addicti, habeban-  
tur. Plerique literis operam dabant, ut  
inutilem sciendi cupiditatem, superbiam,  
avaritiam, satiarent, non autem ut pro-  
ximo prodeffent, non solum scholarum Se-  
dis, sed etiam nationum diversitate divisi,  
quippe Franci, Angli, Germani, Norman-  
ni, Pictavienses, Burgundiones, Britones,  
Longobardi, Siculi, Brabantini, Flandri  
aderant. Cumque, ut fit, unaquæque gens  
alteri vitium populare objiceret, sæpe a  
jurgiis ad verbera ventum est.

Cum vero plerique Scholastici Cleri-  
cali Ordine essent initiati, in illis rixis Conc. Rom.  
Censura excommunicationis involveban- 1131.  
tur, contra omnes lata, qui Clericis vio-  
lentas manus injicerent; nec eam alius Sup. Lib.  
Judex, sed solus Papa, solvere poterat. L V I I I . § 9.  
Quare Summo Pontifici exponunt, haud  
posse se Romanam pergere, ad petendam ab-

P 4 solu-

**Sæcul. XIII.** solutionem, sine magna pecuniæ, & tem-  
**A.C. 1211.** poris, quod literis impendendum esset, ja-  
 blura. Papa, re pensata, Abbatu S. Vi-  
 ctoris potestatem contulit, qua Scholasticos  
 ab ista Excommunicatione absolveret, nisi  
 forte enormiter fuisse peccatum. Quia  
 deinde Abbas S. Victoris, sequens regu-  
 lam; favores, a Principibus concessos, esse  
 ampliandos, absolvebat Scholasticos, Cleri-  
 corum percussores, in quocunque loco id  
 accidisset, re comperta. Pontifex, id in-  
 posterum fieri prohibuit, & datum absol-  
 vendi privilegium explicavit, quod ad  
 illos, qui extra Parisis urbem Clericum  
 verberassent, non esset extendendum. Hæc  
 Epistola die vigesima tertia Januarii anno  
 millesimo ducentesimo undecimo da-  
 ta est.

## §. LXI.

*Episcoporum Aurelianensis & Anti-  
siodorensis Causa.*

Sub idem tempus Philippo Augusto Regi,  
 & Episcopis Antisiodorensi ac Aurelia-  
 nensi lis orta est, quæ per complures an-  
 nos componi non potuit. Erant vero  
 hi Præsules Guilielmus & Manasses, de  
 familia Seignelai, fratres. Guilielmus,  
 et si esset natu minor, prælatus est fratri  
 suo, atque in Sedem Antisiodorensem, de-  
 functo Episcopo Hugone Nuceriensi, va-  
 cantem, evectus. Nam die Veneris post  
 Purificationem, nempe, die nona Februa-  
 rii,

*Hist. Ep.  
Ant. to. I.  
Bibl. Lab.  
p. 483.*